



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 De his quæ competunt in Religione, existentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. III. ARTIC. XV. ET XVI.

vel in casibus similibus. Simpliciter autem loquendo, inducere aliquem ad iurandum qd religionem non intrare, graue est peccatum. Si enim quis vel let religionem intrare, & immineat et opportunitas temporis, & omnes circumstantiae conuenient, & grauiter peccaret qui cum ab ingressu religionis prohiberet. Vnde Dominus Mat. 23. cōminatur pharisaeis, qui nec ipsi intrabat in regnum celorum, nec alios intrare sinebat. Contra te alius facit aliquem iurare qud religionem non intrabit, impedit eum quantum in se est, ab ingressu religionis secundum quo icumque tē p̄t, & secundum quamcumque circumstantiam opportunam, quia in vniuersali includuntur omnia particularia. Vnde manefestum est op̄gratior peccati.

Ad illud vero qd obiectatur in contrarium, dicendum, qd quamvis licitum sit ab aliquo bono ope re abstinere, tamen illicitum est vel sibi, vel aliis impedimentum opponere, quo minus in illud bona opus procedere possit, sicut licitum est nō dare elemosynam huic pauperi, illicitum tamen est se, vel alium iuramento astringere ad hoc, qud alicui elemosynam nō detur, cuius ratio est: quia præter mittere actum virtutis potest aliquis absque peccato, eo quod præcepta affirmativa, quæ sunt de actibus virtutum, non obligant ad semper, sed impedimentum boni operis directe virtuti contrariatur, & ideo cadit sub proibitione præcepti negatiū, quod obligat ad semper. Vnde omnia talia iuramenta sunt illicita, nec sunt obseranda, & illi qui hoc iurant, iurādū perjurū sunt, quia iuratum hominem obligare non potest contra charitatem Dei & proximi: vnde quamvis licitum sit alicui religionem nō intrare, illicitum tñ est impedimentum iuramenti apponere sibi, vel alijs. Etiam contra perfectionem uitæ, & contra cōsilii Christi.

QVÆSTIO VI.

DEINDE quæsita sunt tria de his quæ omnipotens in religione existentibus.
¶ Primo, Vtrum religiosus qnihil debet habere in proprio, vel communī, possit elemosynam facere de his quæ sibi ab alijs in elemosynam dantur.
¶ Secundo, Vtrum aliquis in religione existens, sciens patrem suū graui necessitate opprimi, possit exire absq; licentia prælati sui ut subueniat patri.
¶ Tertio, Vtrum status religiosus sit perfectior quam status sacerdotum parochialium, & archidiaconorum.

ARTICULUS XV.

Vtrum religiosus qui nihil habent in proprio, vel communī, possit elemosynam facere.

23. q. 32. arti.
8. ca. & ad. 1.
& 4. dist. 15.
q. 2. arti. 5. q.
4. o.

CIRCA primū sic proceditur. Videtur, qd religiosi qui nihil habent in proprio, vel communī, non possunt elemosynam facere quæ eis proficiat. Non enim proficit elemosyna facient, nisi debito mō fiat: sed tales religiosi non possunt elemosynam debito mō facere, det enim elemosyna de proprio fieri, secundum illud Tobia 4. Si multum tibi fuerit, abundantanter tribue: si autem modicum, idipsum libenter impertiſti stude, ergo tales religiosi qd nihil suū hēnt nec in proprio, nec in cōmō non possunt elemosynam facere quæ eis proficiat sed si quam elemosynā de elemosynis sibi factis faciunt, eis proficit, a quib; elemosynam precepit.

SED CONTRA. Inter alia opera, elemosynarum largitio plurimum inuenitur esse fructuosa. Dñs. Dan. 5. Peccata tua elemosynis redime. Si ergo religiosi elemosynas facere nō possunt, que eis proficiant, uidetur esse peioris conditionis quā alij etiam in spiritualibus bonis.

RESPON. Dicendum, quod religiosi, quamvis proprium habere non possint, possunt tamen aliquam rem dispensationem habere, sive defractib; possessorum communī, sive etiam de elemosynis particulariter eis collatis: nec refert quantum ad præpositum pertinet, atrum huiusmodi dispensationem habeant auctoritatem sui ordinis, vel auctoritatem alij eius superioris prelati. His ergo quibus d. spesario commissa est, possunt mentore elemosynam facere de bonis quæ eorum dispensationi committuntur, secundum quod eis concipiatur, & huiusmodi elemosyna meritoria est & eis qui minime ministerium exequuntur, & illis quorum huiusmodi res deputatae posseunt. Si vero aliquis religiosus sit, cui non sit huiusmodi rem dispensatio commissa, ei non licet elemosynam facere.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICULUS XVI.

Vtrum religiosus possit egredi claustrum absque licencia priuatis, ut patre subueniat in necessitate existat.

A SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod religiosus si videat patrem suum esse in necessitate, etiam absque prælati sui licencia, possit claustrum exire ad subuenientum patris. Non ne permittendum est mandatum Dei propter hominum traditiones. Vnde Dominus Mat. 15. contra quosdam dicit. Iterum fecitlis mandatum Dei pp traditiones vestras: sed ad subuenientum parentibus homo astringitur per præceptum dominum, Honora patrem tuum, & matrem tuam: in quod dem honore intelligitur necessariorū subuenienti, ergo videtur quod non obstantibus religiosis obseruantis, quæ sunt hominum statuta, debet aliquis religiosus exire claustrum ad subuenientum parentibus secundum præceptum Dei.

SED CONTRA. Spiritualia semper præterenda sunt carnalibus: sed religiosi se obligauerunt ad observandum spiritualis patris, scilicet Dei, cui magis tenemur, secundum illud ad Heb. 12. Quanto magis obtemperabimus patri spiritui, & vincimus: nō ergo debent dimittre sui ordinis obseruantias, ut parentibus carnalibus ministrant.

RESPON. Dicendum, quod aliter est dicendum de illo qui nondum religionem intravit. & alter de illo qui iam in religione est professus. Ille enim qui nondum religionem intravit, si videat patrem suum in magna necessitate, cui per alium subuenienti non possit, non debet religionem intrare, sed retinetur ministri parentibus, maxime si absque periculo peccati possit in saculo romanere. Sive vero per alium possit cius parentibus ministriari, potest, si uult, religionem intrare. Vnde Cartylo: exponens illud, Dimittite mortuos sepelire mortuos suos, dicit, quod malum est abducere hominem a spiritualibus, & maxime cum fuerint, qui ministerium parentium compleant. Erat enim alij qui complete possent illius funeris sepulture. Pote quam vero aliquis est iam in religione professus, est mortuus mundo: usi per spirituale mortem de obligatus

obligatur a cura impendenda parentibus, sicut etiam de obligaretur per mortem corporalem: & ideo non peccat, nec contra praeceptum Dei agit, si in claustrō remaneat sub praecepto prelati sui, parentum ministratione pretermissa. Est enim factus imponens ad reddendum debitorum ministerium absque propria culpa. Debet tamen quantum potest, salua ordinis obedientia, satagere, ut per se vel per alium suis parentibus subveniatur, si in necessitate fuerint constituti.

Ad illud uero quod in contrarium obicitur dicendum, quod religiosus tenetur ad implendum id, quod ad religionem pertinet non solum ex traditione humana, sed etiam ex praecepto diuino. Obstat n. ex uoto omisso ad obediēdum platis suis: impletio autem uoti cadit sub praecepto diuino.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum presbyteri parochiales sint maioris perfectionis quam religiosi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videlur, quod presbyteri parochiales, & archidiaconi, sint maioris perfectionis quam religiosi. Dicit n. Chrysostomus in suo dialogo. Si talem mihi aliquem aducas monachum, qualis, ut secundum exaggerationem dicam, Helias fuit, non tamen illi comparandus est, qui traditus populis, & multorum peccata ferre cōpulsus, immobilis peruerterat & fortis. Et parum post dicit. Si quis mihi proponeret optionem, ubi mallem placere, in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem illud quod prius dixi, nec celabā laudans, & beatos pronuntians eos, qui officium ecclie bene administrare potuerint, & quod laudam tanto studio, & beatum pronuntiabam, non utique defugerem, si idoneum me ad huiusmodi gubernationē uiderem. Et in sequenti e. postmodū dicit. Bene, inquam, admonisti dñe cōsime. Istorū enim, si acerbiū, nec recordari oportet, cum de sacerdotio sit questio, Vtrum si quis in cōversationem multorum politus, potest imperturbatum illum nitorem plena sanctitatis & continentiae splendorem, & alia monachorum bona incorrupta & inconcussa seruare, omnibus est preferendus. Ex quib. uideretur omnia bus, quod presbyteri parochiales, & archidiaconi, si bene in ministerio ecclie uiuant, sint omnibus etiam religiosi preferendi.

Pret. Chrysostomus in eadem li. dicit. Si quis administrato sacerdotio illius proposito, i. monachalis, ludores conferat, tantum eos distare reperiet, quantum inter priuatum distat, & regem: sed multo maius est bene exercere regis officium, quam cuiuscumque persona priuata. ergo multo maius est, quod sacerdos parochialis, vel archidiaconus bene se habeat in suo officio, quam religiosus in suo.

Pret. Episcopi sunt in statu perfectiori quam religiosi, alioquin non licet de religione ad epatum trahire: sed presbyteri parochiales, & archidiaconi similliores sunt episcopis quam religiosi, quia sicut episcopos habent curiam animarum in suo episcopatu, ita presbyteri in sua parochia, & archidiaconus in suo archidiaconatu. ergo archidiaconi & plebani sunt magis in statu perfectionis, quam religiosi.

Pret. Bonum publicū preferendū est bono priuato, & uita aeterna est magis fructuosa quam cōtempatiua, nullamque sacrificium est Deo acceptius, quam zelus aetarum: sed archidiaconi & plebani intēdūt utilitati communī multitudinis, zelo salutis aia-

A rum in actua uita fructificantes, ergo preferendi sunt religiosi, qui salutis propriæ student in vita cōtemplativa Deo seruientes.

Pret. Cui amplius a Deo commissum est, magis meretur si bene administret: sed sacerdoti, vel archidiacono amplius, commissum videtur, qua plus ab eo requiretur in iudicio, ergo bene administrando amplius meretur.

SED CONTRA est, quod dicitur 19. q. r. c. Due. Si quis in ecclesia sua sub episcopo populum retinet, & seculariter vivit, si afflatus spiritus a deo in aliquo monasterio, vel regulari canonia salvare se voluerit, qui na le priuata ducitur, nulla id exigit ut publica constringat: sed lex priuata, quæ est lex Spiritus sancti, ut ibidem sumitur, numquam ducit hominem de statu magis perfecto ad statum minus perfectum, sed facit hominem ascensiones in corde suo disponere, ut in p[ro]f[ess]iōnē dicitur, ergo status religio[rum] forum est perfectior quam status plebaniorum.

RESPON. Dicendum, quod perfectio spiritualis virte ex charitate penitanda est, quia qui caret, spiritu taliter nihil est, ut dicitur 1. ad Cor. 13. Ab eius autem perfectione simpliciter aliquis dicitur esse perfectus. Vnde dicitur ad Col. 3. Super omnia charitatem habere, quæ est vinculum perfectionis. Amor autem uim transformatum habet, quia amans in

Camatum quodammodo transferit. Vnde Dion. dicit 4. c. de diuinis nominibus. Est autem extalsim faciens diuinus amor, non sinens sui ipsorum amantes esse, sed amatorum. Quia ergo torum, & perfectum est idem, ut dicitur in 3. phy. ille perfecte charitatem haberet, qui totaliter in Deum per amorem transformatur, scipsum & sua omnino postponens propter Deum. Vnde Au. dicit 14. de ciuitate Dei, quod sicut ciuitatem Babylonis facit amor sui usque ad cōtemptū Dei, ita ciuitatem Dei facit amor Dei usque ad contemptū sui. Et in l. 83. q. quod perfectio charitatis est nulla cupiditas. Greg. etiam super Ezech. dicit, quod cum quis aliquid suum Deo uonet, & aliquid non uonet, sacrificium est. Cum uero omne quod habet, omne quod uiuit, omne quod sapit, omnipotenti Deo uonet, holocaustum est, quod latina lingua dicitur totum incensum. Cuiuscunque ergo mens sic est affectu interiori, ut scipsum, & omnia sua cōtemperat propter Deum, secundum illud Apostoli philipp. 3. Quæ mihi aliquando fuerunt lucra, arbitratus sum ut fieri cora ut Christum in lucratianam, iste perfectus est siue fit religiosus, siue secularis, siue clericus, siue laicus etiam matrimonio iunctus. Abraham enim matrimonio iunctus erat & diues cui Dominus dicit Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. & Eccles. 31. dicitur. Beatus diues qui inuenitus est fine macula, & post aurum non abiit. & post pauca subditur. Qui probatus est in illo, & perfectus inuenitus est. Sed aduentendum, quod aliud est esse perfectum, & aliud esse in statu perfectionis. Sunt enim aliqui in statu perfectionis, qui nondum sunt perfecti, sed interdui etiam peccatores sunt etiam aliqui perfecti, qui in statu perfectionis non sunt. Et quamvis status multa significet, & restringat, & firmat, & si qua sunt aetalia huiusmodi, tamen cum dicimus aliquos esse in statu perfectionis, accipiunt pro condizione, secundum quod libertas, vel seruitus dicitur status, put consuevit dici, quod error personæ, aut conditionis, vel status, impedit matrimonium, non autem error fortunæ, aut qualitatris: & hoc modo accipiunt status secunda, quæstione sexta. Si quan-

Quodlib. S.Tho. C 2 do

QVODLIBET. III. ART. XVII.

do in causa capitali, vel causa statutus interpellatum fuerit non per exploratores, id est procuratores, sed per seipso est agendum. Sic ergo accipiendo statum, illi proprie in statu perfectionis esse dicuntur, qui se seruitu subiicit ad opera perfectionis implenda. Manifestum est autem, quod seruitus libertati opponitur. Libertas autem faciendo quodlibet per uotum tollitur, quia voluntatis est uovere, necessitatis est reddere, ut supra dictum est. Vnde qui se ad aliquid uoto obligat, in quantum necessitati se subiicit, quodammodo constituit se seruum, liberrate se priuans. Siquidem ergo aliquis se uoto obliget ad aliquod particulare opus implendum, constituit se quodammodo seruum non simpli citer, sed secundum quid respectu scilicet illius ad quod se obligauit. Si uero simpliciter per uotum totam uitam suam dedisset Deo, ad implenda ea quae sunt opera perfectionis propter Deum simpliciter seipsum seruum constituit, & per hoc ponitur in statu perfectionis, unde & totum se Deo uouendo holocaustum offerre dicitur, ut Gregorius dicit. Hoc autem modo obligant totam uitam suam ad ea quae sunt opera perfectionis episcopi in sua consecratione professionem quandam facientes, qua obligantur ad curam gregis suscepiti, secundum illud 1. Tim. ultimo. Ceterum bonum certamen fidei, apprehendit uitam eternam, in qua uocatus es, & confessus bona confessione coram multis testibus, vel in ordinatione, vel in p[ro]dicatione, ut gl. dicit. Religiosi etiam in sua professione totam uitam suam obligant Deo ad ea quae sunt opera perfectionis, unde & uterque serui dieuntur. Dicitur n. 2. ad Cor. 4. Non enim predicamus nosmetipso, sed Iesum Christum, nos autem seruos vestros propter Iesum, quod pertinet ad episcopos: religiosi et serui, vel famuli nominantur, ut dicit Dion. 6. ca. eccl. hierar. Et ideo tam religiosi quam episcopi sunt in statu perfectionis, unde & utriusque in assumptione huiusmodi status solen[us] benedictio adhibetur, ut patet per Dionysium 5. & 6. c. eccl. hierar. Archidiaconi autem, vel plebani non obligant uoto totam uitam suam ad id quod cura gregis requirit: vnde nec in eorum institutione aliqua cis benedictio adhibetur, quae exhibetur monachis propter perfectionem afflum ptam, ut dicitur 6. c. eccl. hierar. Et ideo ex hoc quod committitur eis cura parochia, vel archidiaconatus constituitur quidem in aliquo officio, non autem assumuntur ad statum perfectionis, aliqui essent apostatae dimittendo parochiales, & praebendas sine cura in ecclesiis cathedralibus accipiendo. Nullus n. in statu perfectionis discere posset, nisi mortaliter peccando, & apostataendo. Et inde est quod Dion. in eccl. hierar. perfectionem attribuit solis episcopis, quasi perfectioribus, & monachis quasi perfectissimum illuminationem uero attribuit presbyteris tanquam illuminatoribus per sacramentorum administrationem, & sacro populo tanquam illuminandis; purgatione nero diaconib[us], tanquam purgatoriis, & ordinis immundorum tanquam purgandis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si omnes illas Chrysostomianas breuiter responderi possent, & non loquitur de sacerdote parochiali, sed de episcopo anthonomatico sacerdos dicitur, quasi summus sacerdos, & hic modus loquendi est plurimum consuetus, ut sacerdotes episcopi nominentur. Et haec responsio uidetur congruere cum intentione operis, in quo Chrysostomus Basiliu consolatur de sua promotione, uterque n. erat in episcopum electus. Ut tamen particulariter ad singulare respondeamus.

F AD PRIMUM dicendum, quod si quis consideret verborum circumstantiarum, nihil ad propositum faciunt, praemitit enim, Si illi qui in secretis habent, multorum sermonibus non mouentur, digna quidem laude est patientia, non tamen idonum argumentum uirtutis: cum vero fuerit in mediis fluctibus, & de tempestate nauem liberare potuerit, tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur, & tunc concludit, ergo & nunc mihi si tales aliquem adducas monachum, qualis ut secundum exaggerationes dicam, Helias fuit, in quodam solus est, si non perurbatur, neque grauitate peccat, quippe qui non habet quibus simulatur atque exalpetur, non tamquam illo comparandus est, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulsi immobilis peruerat & fortis, q[ui]a sic in tranquillitate, ita in tempestate gubernauit semetipsum. Vbi manifestum est, quod non comparat statum statui, sed impeccabilitatem impeccabilitati: quod enim monachus in clau stro habitans non peccet, non est ita euidenter argumentum uirtutis, sicut si presbyter, vel episcopus, vel quicumque rector populi in mediis perturbationibus abstineret a peccato: sicut non est argumentum tantae industriae, si gubernator ab ipso penitenti航行 in mari tranquillo, ac si navigaret in mari tempestuoso, & tamen ad industriae naupertinet ut mare tempestuoso deuiriatur. Sic ergo ex praemissis uerbis nihil aliud ostendit potest, nisi quod periculosis est status habentis curam animam quam monachi: & in maiori periculo innocenter seruare, maioris uirtutis est argumentum, unde maior uirtus requiritur ad hoc, quod aliquis conservet se a peccato immunem inter populos, quam in religione: sed maioris uirtutis est uirare pericula religionem intrando, quam pericula non uirare. Quanto enim aliquis magis amat item salutem, tanto magis curat sua salutis pericula.

H Et per hoc etiam pater responsio ad secundum. Non n. dicit quod maller est in officio lacerdotali, quod in solitudine monachorum, sed q[ui] maller placere in hoc, quam in illo. Quilibet n. sapiens magis uellet habere tantam uirtutem, per quam possit etiam inter pericula securus existere, quam talis uirtutem qua postea extra pericula seruari, sed quia presumptuose est, ut aliquis talem uirtutem habeat presumat, per quam possit etiam inter pericula esse fortis, uirtuosus est quod se extra pericula ponat. Vnde ipse subdit. Quod laudabilis studio & bonum pronuntiabant, officium administrationis ecclastice, non utique defugere, si idoneum ad eius gubernationem me uideret. Prudenter ergo refugiebat, qui tantam uirtutem per quam idoneus esset, non sibi superbe ascriberet.

I Et similiter responsio pater ad tertium. Si quis enim in conuersatione multorum politus posset impturbatum illum nitorem plene sanctitatis, & continentie splendoris, & alia monachorum bona incorrupta & inconculca seruare, omnibus praeceps est. Maioris n. uirtutis iudicium est, ut puritatem perfectam aliquis conservet etiam inter pericula puritatis, quam si ea extrapericula conseruaret: sed in parum amare puritatem suam coniiciatur, qui puritatis pericula non evitare, inter quae difficultas est, & rarissimum omnimodo puritate seruare: sicut maxima puritas suis beatis agnitis, q[ui] in lupanari posita uirginali puritate seruauit, & in qua puritatis amanti erat, non in lupanari hac sua uirtute ostendere elegisset, sed quanto magis putat me tem

tem habebat, tanto minus lupanar propria uolutate elegisset, & simile est in omnibus talibus.

Ad QVARTVM dicendum, quod authoritas illa non pertinet ad perfectionem uite, sed ad differeniam dignitatis. Sic n. priuat⁹ distat a rege, sicut nō habens praelationem ab habente: hoc autem in questione nō uertitur, ut sit maior dignitate praelationis quicunque habens curam animarum religioso curam animatum non habente.

Ad QVINTVM dicendum, quod alia ratio est de episcopis & plebanis. Nam episcopi principale potest curam habent, plebani autem & archidiaconi sunt subministratores & coadiutores eorum. Vñ dicitur 16.q.11. Oib. presbyter, & diaconibus, & reliquo clericis attendendum est, ut nihil absque episcopi proprii licentia agant: non utique Misericordia sua iusti quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizer, nec quicquam absque eius permisum faciet. Et i. Cor. 12. dicitur in gl. quod opulationes sunt, qui majoribus fuerunt opus, in Titus Apostolo, uel archidiaconi episcopis: gubernationes uero sunt minorum personarum, ut sunt presbyteri. Vnde si quis recte consideret, hoc modo in regimine ecclie comparantur archidiaconi & plebani ad episcopum, sicut in regimine temporali praepositi & balii ad regem: & id sicut rex coronatur & inungitur in regno, non autem praepositi, vel balii, ita etiam episcopis in ecclie, nō autem archidiaconi, uel plebani, & propter hoc episcopatus est ordo in comparatione ad corpus mysticum, non aut plebatus, uel archidiaconatus, sed officium tantum. Episcopis ergo similes sunt archidiaconi, & plebani sicut coadiutores & ministri: sed religiosi sunt episcopis similes in perpetua obligatione, que facit statum perfectionis.

Ad SEXTVM dicendum, qd aliqua duo opera vel in bono, uel in malo possunt multipliciter adiunctorum comparari. Vno modo, secundum suum genus, sicut dicimus continentiam uirginalem praeeminere, in bono continentiae individuali: in malo uero homicidium furto, & hoc modo uita activa est fructuosa, quam contemplativa, sed contemplativa merito⁴ maior est quam actua: ut Grego, dicit in 7. moral. Zelus etiam animarum est sacrificium Deo acceptissimum, si tamen ordinante fiat, ut scilicet primo homo habeat curam salutis suę, & postmodum aliorum: alioquin nihil proficit homini, si uniuersum mundum luetetur, aning uero suę detrimentum patiatur, vt dicitur Matthaei 16. Alio modo, potest opus operi comparari in bono, uel in malo non secundum se, sed in ordine ad aliud actum, sicut abstinentia præfertur in bono sumptionis cibi, tamen assumere cibum cum aliquo propter charitatem præfertur furto, tamen furari gladium ad occidendum, est grauius quam adulterium. Tertio, præfertur opus operi in bono, uel malo ex uoluntate facientis. Quod n. promptiori voluntate fit, melius, vel peius iudicatur. Si ergo comparemus opera plebani, uel archidiaconi operibus religiosorum tertio modo comparationis, uel secundum promptitudinem uoluntatis, tunc incertum iudicium est, quia ille qui ex feruentiori charitate operatur, opera magis meritoria habet. Si uero comparentur secunda comparatione per ordinem ad aliquid aliud opus, sic opera religiosi sunt in comparabili eminētiora operibus archidiaconi, uel plebani. Ea n. que religiosi agunt, ad illam radiū refertur, qua totā uitā suā Deo deuouerunt:

Avnde non est pensandum quid faciant, sed magis qd ad quilibet facienda se deuouerunt, & sic quodammodo comparatur ad eos qui aliquid singulare bonum opus faciunt, sicut infinitum ad finitum. Qui enim dat se alius ad faciendum omnia quæ iubet, in infinitum magis fe datur ei, quam ille qui dat se ei ad aliquid opus faciendum. Vñ supposito qd religiosus secundum exigentiam sue religionis faciat aliquid opus quod sit parvum fīmū, tamen recipit magnam intentionem ex ordine ad primā obligationem, qua le torum Deo uovit. Si uero comparentur ipsa opera secundum, secundum primum modum comparationis, sic aliqua particularia opera quæ plebani faciunt, uel archidiaconi, sunt maiora aliisque particularibus operibus. Religiosi faciunt, sicut maius est intendere salutem animarum, quam ieiunare, uel filiū tenere, vel aliqua huiusmodi. Si tamen omnia omnibus comparentur, multo maiora sunt opera religiosorum. Et si enim procurare salutem aliorum sit maius qd intendere sibi soli, loquendo in genere, tamen nō quocumque modo intendere salutem aliorum præfertur ei, quod est quocumq; nō intendere sue saluti. Si enim aliquis totaliter, & perfecte intendit sue saluti, multo maius est quam si aliquis multa particularia opera agat ad salutem aliorum, si saluti proprii & si sufficienter, non tñ pfecte intēdat.

Ad SEPTIMVM dicendum, qd bene administrare aliquid est plus & minus. Vnde si illis cui commisum est, tanto sit melior administratio, quanto maius est quod ei cōstituit, absq; dubitatione plus meretur. Si vero ille cui minus committitur, multo plū facit quam ille cui maius committitur, et si bene faciat, tamen aliis plus meretur, quod euā in rebus humanis apparet, qui minus beneficium precipit, si plus seruia, magis dē esse acceptus. Quāuis autem habenti curam animarum sit plus commisum quantum ad dignitatem, quia tamen rei giosus maiora opera facit, ut dicitū ē, magis meret.

QVÆSTIO VII.

DEINDE quæstum est de his quæ pertinent ad laicos.

¶ Primo de matrimonio, utrū simulier, que post votum continentiae emissum contraxit matrimonium in facie ecclie, possit absque peccato viro suo carnaliter commiseri.

¶ Secundo, De uera, utrum aliquis possit licite retinere illud, quod acquiritur licitis mercimonij de pecunia viuaria.

ARTICULUS XVII.

Vtrum mulier post uotum continentiae emissum in facie ecclie, si nupserit, possit absque peccato viro carnaliter commiseri.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur, qd mulier que post uotum continentiae emissum in facie ecclie contraxit cum aliquo, possit ei postmodum absq; peccato carnaliter commiseri. Qd enim fit authoritate ecclie, caret peccato, cum fiat authoritate Christi, secundum illud Apolto. 2. ad Cor. 2. Nam & ego quod donau, si quid donau, propter uos in persona Christi: fed predicta mulier ex hoc ipso qd in facie ecclie contraxit matrimonium authoritate ecclie, potest statim accepit ad matrimonium actum, qui est carnalis copula. ergo non peccat, si uiro suo carnaliter commisceratur.

Quodlib. S.Tho. C 3 SED